

Ye  
5302

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
IN  
MEMORIAM  
VIRI  
A. M. P. L. S. S. I. M. I. C. L. A. R. I. S. S. I. M. I. Q. V. E.  
MELCHIORIS CASPARIS  
WINKLERI,

HAEREDITARII

in Ober- Wiersdorf ET Sommerau,

D. V. IVN. MDCCLXXVI. HORA VIII.

AB SE HABENDAM

OMNI PIETATE ET HVMANITATE

INVITAT

ADAM DANIEL RICHTERVS.

DIRECTOR GYMNASII.



ZITTAVIAE LITTERIS FRANKII.



**Q**uum non alienum putavi et mihi animus est in hoc meo inuitatorio Programmate Programmata inuitatoria ad memoria b. *Winkleri* celebrandam quotannis post *Eham Weisium*, qui, prouinciam M. Christph. Vogelii, Rectoris, generi sui, tunc breui ante defuncti, filiae suae uiduariae miseria commotus, in se suscipiens, ordine non obseruato omnium primus b. *Winklerio*, anno 1677. d. 30. Maj. defuncto, parentauit, typis exscripta enarrare cum Orationibus in istam memoria per singulos annos habitis, ut cognoscatur, quae scribendi et dicendi argumenta fuerint, praeter illa, quae cognoscere nondum licuit, ab omni praefatione usitata abstinentum esse puto, et, ne spatium praecipiam, ad ipsam meam recensionem statim progredior. Nimirum

- Ao. 1678. Elias Weisus. Tert. Pr. -- Orat. habuit de *Parentibus et Majoribus Winkleri praeclearis, de educatione ejus honesta, et de laudandis ejus in statu ciuili actionibus.*
- Ao. 1679. M. Antonius Güntherus. Conr. Pr. -- Orat. *Floralia Christiana* inlittuit in honorem b. *Winkleri*, quem proposuit ut *Florem Orientem, Occidentem et Resurgentem.*
- Ao. 1680. M. Ioachimus Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *Insignibus b. Winkleri ad uirtutes ejus eius eruditas et ostendendas.*
- Ao. 1681. M. Christn. Weisus. Rect. progr. de noua editione sui *Enchiridii Grammatici.* Orat. de *Idea boni Oeconomi.*
- Ao. 1682. M. Ant. Güntherus. Conr. Pr. -- Orat. de *Winkleri uitae historia et de ejus morte*, tanquam Echo, sono dulcissima.
- Ao. 1683. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. in laudem *Winkleri*, quod liberalitate sua et mansuetudine hujus et futuri seculi clinodium adsecutus et beatus utrobique uocandus sit.
- Ao. 1684. M. Christn. Weis. Rect. Pr. -- Carm. lat. in laudem b. *Winkleri*, Orat. de studio *rum lapide angulari, in pietate et industria* reposito.
- Ao. 1685. M. Adam Erdmann Mirus. Conr. Progr. de *Orationibus et Oblationibus pro defunctis.* Orat. de *Oblationibus Praecum.*
- Ao. 1686. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *Conscientia.*
- Ao. 1687. M. Christn. Weisus. Rect. Progr. *Excerpta quaedam ex generosissimi Tschirnhaussii Medicina Corporis et mentis.* Orat. de *Industria Iuuenum priuata.*
- Ao. 1688. M. Ad. Erdmann Mirus. Conr. Pr. -- Orat. de pugna effectuum contra sanum rationis dictamen, cui tenera aetas obnoxia est.
- Ao. 1689. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *tristibus Nuptiarum*, praesertim illustrum, *casibus.*
- Ao. 1690. M. Christn. Weisus. Rect. Pr. -- Orat. de *erudita pietate.*
- Ao. 1691. M. Ad. Erdmann Mirus. Conr. Progr. de *Exercitatione ingenii.* Orat. de *uera ingenii exercitatione omnibus abjectis ambagibus insitucnda.*
- Ao. 1692. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *Spiritu Sancto, Aduocato generis humani.*
- Ao. 1693. M. Christn. Weisus. Rect. Progr. *argumenta, quae alias in hoc actu tractauit, commemorat, et rationem reddit, quod in uitae expositione uiri magni non uulgaribus inhaerendum sit.* Orat. in laudem *Henrici ab Hefster*, olim Consulis *Zittauiensis*, qui b. *Winkleri* uirtricus fuit.
- Ao. 1694. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Pr. -- Orat. de *Historia rerum Lusaticarum antiqua, media et noua.*
- Ao. 1695. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. *hominem natura ζωον esse πολιτικον* ostendit.
- Ao. 1696. M. Christn. Weisus. Rect. Progr. Carm. lat. de *ratione Orationis suae tunc habendae ex Nominibus Defuncti; Melchior regem, Caspar scribam notat, et Winkleris artem latendi. Orat. de arte bene regendi, bene scribendi et bene latendi, quam quilibet Eruditus colere debet.*
- Ao. 1697. M. Ad. Erdm. Mirus C. R. Progr. de *Virga Aaronis*, Orat. de *florida Aaronis uirga, studiosae Iuuentutis imagine.*
- Ao. 1698. M. Ioach. Curt. Tert. Pr. -- Orat. de *fixo uitae humanae termino.*
- Ao. 1699. M. Christn. Weisus. Rect. Progr. Carm. latin. pl. 2 Orat. de *Epitaphio Schmeisso Winkleriano in Petri et Pauli templo affixo, ad Iuuenibus commendandam triplicem meditationem Laboris, Honoris et Mortis.*
- Ao. 1700. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. -- Orat. de *Iobilaero Moisaico inque eo latente Idea studiosae Iuuentutis.*
- Ao. 1701. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *Mortis Meditatione, bona animae Medicina.*
- Ao. 1702. M. Christn. Weisus. Rect. Progr. Carm. la. pl. 2 Orat. in laudem *D. Kieslingii*, Medici in hac *Zittauia*, nec non per *Bohemiam, Misniam, Silesiam* celeberrimi, et apud *Illustriores omnium ordinum, dum in uiuis esset, merito suo notissimi, primi Curatoris olim Legati Winkleriani.*
- Ao. 1703. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. -- Orat. de *columna ignis et nubis* hodogeta *Israeuitarum, simbolo diuini praesidii et auxilii.*
- Ao. 1704. M. Ioach. Curtius. Tert. Pr. -- Orat. de *controuersia inter Theologos et IC-tum* quandam mota de *Sabbatho.*

- Ao. 1705. M. Christn. Weifus. Rect. Progr. Carm. lat. plag.  $\frac{7}{8}$  Orat. de *comparatione Lapidum cum studiosis ingenuis, quorum similitudinem ostendit in Ortu, Cultu et Ufu.*
- Ao. 1706. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. -- Orat. de *Fatis Historiae litterariae.*
- Ao. 1707. M. Joach. Curtius. Tert. Progr. -- Orat. de *Injuriis.*
- Ao. 1708. M. Christn. Weifus. Rect. Progr. Carm. lat. pl.  $\frac{1}{2}$  Orat. an *homines in scholis docentes reliquis sunt inferiores.*
- Ao. 1709. M. Ad. Erdm. Mirus. Conrect. Progr. de *Theologia mystica, Orat. de Theologiae mysticae usu et turpi ejus abusu.*
- Ao. 1710. M. Christn. Gottlob Pflüschmann. Tert. Progr. -- Orat. de *Fatis Bibliorum.*
- Ao. 1711. M. Gottfrid Hoffmann. Rect. Pr. -- Orat. de *tribus mediis excolendi ingenium, attenta Aufcultatione, circumspcctae et moderata bonorum librorum Lectione, et assidua et prudenti meditatione.*
- Ao. 1712. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Pr. -- Orat. de *Ufu et Abusu Criticae sacrae.*
- Ao. 1713. M. Christn. Gottl. Pflüschmann. Tert. pr. -- Orat. de *Geographia Metallica.*
- Ao. 1714. D. Iohann Christoph Wenzel. Direct. Gymn. pr. -- Orat. de *malis angulorum et secessuum incolis.*
- Ao. 1715. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. de *studiis humanitatis, Orat. de prudentia in communicandis addiscendisq; humaniorum litterarum studiis.*
- Ao. 1716. M. Christn. Gottl. Pflüschm. Tert. Progr. de *Lingua latina, Or. de Decoro Latinitatis.*
- Ao. 1717. D. Ioh. Christoph. Wenzel. Dir. Pr. exponit *oximora seculi.* Orat. --
- Ao. 1718. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Pr. -- Orat. de *Lusatorum meritis in Rempubliam litterariam.*
- Ao. 1719. M. Christn. Gottl. Pflüschm. Tert. Progr. de *Reliquiis, Orat. de Jesu Christi Reliquiis.*
- Ao. 1720. D. Ioh. Christoph. Wenzel. Dir. Progr. de *abusu purpurae symbolicae. Orat. de colore aliquo nostro azuo purpurae genuinae et sublatae armalo et quasi uicario, qui cum ratione Symbolismi per omnia fere cum genuino conspirat.*
- Ao. 1721. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. de *Historia rei nummariae, Orat. de Historia monetarum.*
- Ao. 1722. M. Christn. Gottl. Pflüschm. Tert. Progr. de *Ducatu Meranensi, Orat. de Dynastia Meranensi Uladislai, Regis Bohemiae exulantis, in Lusatia Superiore quaerenda et invenienda.*
- Ao. 1723. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Progr. de *diuersis diuersorum temporum doctoribus, Orat. de Docentium Varietate.*
- Ao. 1724. Gottfr. Polycarp Müllerus. Dir. Progr. de *Libertate.* Orat. --
- Ao. 1725. Ioh. David Straupitz. Subrect. Pr. -- Orat. de *Fatis Symboli Apostolici, I. de symboli hujus diuersis diuersorum temporum architectis,*
- Ao. 1726. Gottfr. Polyc. Müllerus. Dir. Progr. de *Ignorantia boni.* Orat. --
- Ao. 1727. M. Ad. Erdm. Mirus. Conr. Pr. de *Prouidentia diuina in Ecclesia dirigenda.* Orat. --
- Ao. 1728. Ioh. Dav. Straupitz. Subr. Progr. de *Uerfione scripturae sacrae in uernaculas necessaria et utili. Orat. de Linguae Syriacae usu et praefantia.*
- Ao. 1729. Gottfr. Polyc. Müllerus. Dir. Progr. an *detur in hac uita felicitas, Orat. de uitae priuatae felicitate.*
- Ao. 1730. Samuel Friedericus Bucherus. Conr. Progr. de *Elencho per Decreta, Orat. de Historia Ianseniana et Queshelliana in compendio*
- Ao. 1731. Ioh. David Straupitz. Subrector. Pr. -- Orat. --
- Ao. 1732. Gottfr. Polyc. Müllerus. Dir. Progr. de *Cognitione sensuali, Orat. de sensu uirtutum acquirendo.*
- Ao. 1733. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. de *Honestate* Orat. de *sectis Philosophorum,*
- Ao. 1734. Ioh. David. Straupitz. Subrector. Pr. -- Orat. --
- Ao. 1735. Gottfr. Polyc. Müllerus. Dir. Progr. de *Cosmologia Christiana, Orat. de Ciui-bus totius mundi et quid ad uerum mundi usum sine abusu requiritur.*
- Ao. 1736. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. de *Rebus Polonorum seculi septimi et decimi* Orat. de *Rebus Augusti II.*
- Ao. 1737. Ioh. Dau. Straupitz. Subr. Progr. de *Otio a ueteribus haud raro pro honesta et necessaria cessatione accepto. Orat. de Otio litteratorum hominum honesto.*
- Ao. 1738. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. de *scholasticae praecipendi formula, Orat. de Throno Satanae, ad Apocal. II, 12. 13.*
- Ao. 1739. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. *An Deus obscurat, induret, excuset, infatuat?* Orat. de *Rebus Remonstrantium.*
- Ao. 1740. Ioh. Dau. Straupitzius. Subr. Progr. de *litterarum scribendiq; artis primauentione.* Orat. de *primo inuentore artis typographicae.*
- Ao. 1741. M. Benjam. Gottlieb Gerlachius. Direct. Progr. de *Otio Sapientis.* Orat. de *iudicio in deligendo uitae genere adhibendo.*
- Ao. 1742. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. exponit *αγαχνοσημα εμπερα, i. e. Kleider von Spinnenweben.* Orat. de *terrae et maris motibus.*
- Ao. 1743. Ioh. Dau. Straupitzius. Subr. Progr. de *necessario legendi Codicis Sacri studio* Orat. de *Origine, dignitate et necessitate publice praelegendi et explicandi diebus Dominicis et Festis Euangelia et Epistolae,*

- 4e  
5302  
TK
- Ao. 1744. M. Benj. Göttl, Gerlachius, Dir. Progr. de *uita rustica Romanorum*, Orat. de *studiis, quae nobiscum quoque rusticantur*.
- Ao. 1745. Sam. Frid. Bucherus, Conr. progr. exponit *diversitates yuvenas*. Orat. de *quibusdam Philosophorum recentiorum dogmatibus*.
- Ao. 1746. Ioh. Dau, Straupitzius, Subr. Progr. exponit *Poeticen nihil aliud esse, nisi Philosophiam numeris et fabulis concinnam*. Orat. *Uitae morumque doctrinam subfabularum Ovidianarum involucri latitare*.
- Ao. 1747. M. Benj. Göttl, Gerlachius, Dir. Progr. de *Conjunctione sapientiae divinae humanae*. Orat. exhortat. ad *Religionem ueterem Lutheri ministerio a corruptelis et fabulis repurgatam*.
- Ao. 1748. Sam. Frid. Bucherus, Conr. Progr. de *Bello tricemali et pace Westphalica*. Orat. de *Pace Aachenf.*
- Ao. 1749. Ioh. Dau, Straupitz, Conr. Progr. -- Orat. --
- Ao. 1750. M. Benj. Göttl, Gerlachius, Dir. Progr. de *Amoenitatibus Hortorum*, Orat. de *amoenitate, quae cum litterarum studiis coniuncta est*.
- Ao. 1751. Sam. Frid. Bucherus, Conr. Progr. de *piia uiuendi ratione* Orat. de *Ueterum scribendi docendique *γυμνάσιον* more*.
- Ao. 1752. Ioh. Dau, Straupitzius Progr. -- Orat. --
- Ao. 1753. M. Benj. Göttl, Gerlachius, Dir. Pr. de *Mahomete II*, Orat. renouat *memoriam secularem tertiam Constant. captae*.
- Ao. 1754. Sam. Frid. Bucherus. Conrector, Progr. -- Orat. --
- Ao. 1755. Ioh. Dau, Straupitz, Subrector. Progr. -- Orat. --
- Ao. 1756. Sam. Frid. Bucherus, Conr. Progr. de *Uita Ual. Fridlandi Trotzendorffii*. Orat. de *methodo Trotzendorffiana retinenda*.
- Ao. 1757. Sam. Frid. Bucherus, Conr. Progr. de *Marchiis Saxonis*. Orat. de *Germanorum Imperio a Saxonibus sustentato*.
- Ao. 1758. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Pr. de *uita Iacobi Arminii*. Orat. de *rebus historicis in S. Coena illustribus*.
- Ao. 1759. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. de *noua Philosophia*, Orat. de *Cometis*.
- Ao. 1760. Sam. Frid. Bucherus. Conr. Progr. de *Philosophia Magica*. Orat. de *prudencia Philosophiae eclecticae*.
- Ao. 1761. M. Christianus Frühauff, Subrect. Progr. de *Harmonia praestabilita* Orat. de *Providentia diuina*.
- Ao. 1762. Adam Daniel Richter, Dir. Progr. de *Familiae Schoenburgicae Generationum supputatione, Recens. II*, Orat. de *Vere sacro Romanorum*.
- Ao. 1763. Sam. Frid. Bucherus, Conr. Progr. de *praesidiis, quibus salus Reipublicae quaerenda sit*. Orat. de *praesentia Hisforiarum*.
- Ao. 1764. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. de *statu demortuorum et num futurum sit, ut beati se inter se noscant*. Orat. de *Utilitate Matheseos*.
- Ao. 1765. Ad. Dan, Richter, Dir. Progr. de *Familiae Schoenburgicae Generationum supputatione, Recens. IV*. Orat. quod *natiuitate nobiles doctrina etiam nobiles esse debent*.
- Ao. 1766. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. de *Mundo, cura a Deo creatus sit? Orat. de Libertate Dei in condendo mundo*.
- Ao. 1767. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. de *argumentandi ratione a tuto petita in rebus doctrinae Christianae*. Orat. *fundamentum substantiale Relig. Rom. catholicae esse Pontificem Roman.*
- Ao. 1768. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. de *Agapis*. Ort. de *sensu uerborum ad Rom. IX. 18 21*.
- Ao. 1769. Ad. Dan, Richter, Dir. Progr. de *Boleslao I. Duce Poloniae, Usurpatore autem in Lusatia Superiore, Recens. II*. Orat. de *Cultura Vini apud antiquos*.
- Ao. 1770. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. excerpta quaedam de *Ritibus circa Baptisum*, Orat. de *Caeremoniis Baptisim.*
- Ao. 1771. Ad. Dan, Richter, Dir. Progr. de *Ducibus Bohemiae post Uratislanum II*, ab an. 1092-1197. *Marchionibus in simul Superioris Lusatae*. Or. de *Adoratione apud gentes*.
- Ao. 1772. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. de *Palaeffinae olim laeta, nunc tristifacie*. Orat. de *potentia Diaboli in corpora*.
- Ao. 1773. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. *In V. T. neminem, qui Iehouae nomine ueniat, esse notiozem, quam Angelum Foederis*. Orat. de *potentia Diaboli in corpora*.
- Ao. 1774. M. Christn. Frühauff, Subr. Progr. *In V. T. neminem, qui Iehouae nomine ueniat, esse notiozem, quam Angelum Foederis, Recens. II*. Orat. de *Spectris*.
- Ao. 1775. Ioh. Christph. Müller, Subr. Progr. de *Otio erudito*. Orat. de *Ornamentis Bibliothecarum apud Veteris praesertim Romanos*.

Haec cognita. Quae deficiunt, supplenda. Quum autem hoc anno ordo redit ad me B. Winklero parentandi, dicam in Oratione de *Augusti*, Imperatoris, cuius uitam superiori anno in compendio exposui, *Operibus et Institutiis*.

Obsecro igitur retrogo, ut *Magnificus et Amplissimus Senatus*, Venerabiles sacrorum *Antistites*, et omnes *Eruditi et Litterati* huic memoriae anniuersariae beneuole interesse, suamque Praesentiam nostrae Orationi indulgere uelint. P. P. Felt, Trinit.

X 336 7062

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM

IN

MEMORIAM  
VIRI  
... CLARISSIMI QVE  
... ORIS CASPARIS  
... INKLERI,

HAEREDITARIU  
... Ullersdorf ET Sommerau,  
MDCCLXXVI. HORA VIII.

AB SE HABENDAM  
... PIETATE ET HUMANITATE  
INVITAT  
DANIEL RICHTERVS.  
DIRECTOR GYMNASII.

... AVIAE LITTERIS FRANKII.

